

1620, 6  
DISPUTATIONUM IUSTINIANEARVM

Disputatio xix.

*De*  
**ACTIONIBVS  
REALIBVS.**

*Ad Tit. 6. lib. 4.*

*QVAM*

D. O. M. A.

Autoritate & permisu Amplissimi Iu-  
risconsultorum ordinis

In illustri acad. Iulia

Sub Praesidio

**HENNINGI Lüdefen I. V. C.**

Ad disputandum proponit

AVTOR FLVEVVERCIVS Hö-  
tenflebiò Saxo.

*Ad diem 22. Ianuar.*

HELMAESTADI,  
Typis heredum Iacobi Lucij.

Anno clo Is cXX.

*VIRIS,  
CLARISSIMO ET CONSULTISSIMO,*

Dn. IOHANNI Kalm I.V.D. cognato  
fautori ac promotori suo plurimum  
obseruando,

T V M

Dn. MATTHAEO FREINSIO, Reue-  
rendissimo ac illustrissimo principi ac Dn. Dn.  
Christiano VVilhelmo Archiepiscopatus Magdeburgi-  
ci Administratori laudatissimo &c. à secretis circuli,  
patrono propensâ animi benevolentia æ-  
ternum prosequendo,

N E C N O N

*Doctrinâ Prudentiâ & vnu peritissimo,  
Dn. GALLO Schönbörn eiusdem celsi-  
tud. Sommersburgi præfecto vigilantissi-  
mo, Adfini suo exoptatissimo.*

*Hoc legale exercitium officiosissimè in felix  
& faustum noui anni auspicium L. Mg.*

offerò & inscribo

Autor & Respond.



## THESIS I.



Mnium actionum, quibus inter <sup>Ad §. O-</sup> aliquos apud iudices arbitrosue de quacun- <sup>mniūm.</sup> que re quæritur, summa in duo genera di- ducitur diuisio; aut enim in Rem sunt, aut in Personam <sup>§. I. Inst. de Act. l. actionum 25. ff. de</sup> O. & A. Quorum prius nobis examinandum disputationis loco sumpsimus: vel quod Imperator primūm de actionibus realibus agat, vel quod præ cæteris dignitatē habere videantur. secundum Dd. hīc: quum sit plus cauti- onis in re quām in persona, <sup>l. plus cautionis 25. ff. de R. I. arg. §.</sup> omnium vers. aut cum eo Inst. d.t.

II. Appellatur autem vnicō nomine Petitio, <sup>l. 178. §. 2.</sup> ff. de V. S. (non enim personam, præcisè cogit possessoris, sed rem petit ipsam) item & vindicatio, quæ vel Generalis est, vel spe- cialis, Generalis est actio realis, quâ rem nostram, vel nobis obligatam itidem iuri nobis competentia, contra quemuis possessorem persequimur, <sup>l. 25. ff. de O. & A.</sup> Quantumuis ille dolo malo possidere desierit <sup>l. 27. §. 2. & l. 36. ff. de vind.</sup> nec nobis ullo iure obligatus fuerit, <sup>§. I. Inst. de Act.</sup> Dirigitur directo in rem, quæ ipsa videtur conueniri, & quasi rea esse; exerceatur verò contra possessorem, qui non conuentione seu compulsione: sed contradictione aduersarij partes in- duit. <sup>Fab. lib. 20. Coni. cap. 9.</sup>

III. Quæ ratio est, quod iudicem habeat competen- tem eum, qui territorio, vbi res sita est, præest, <sup>l. I. & vlt. C.</sup> ubi in rem act. l. vnic. C. vbi de hered. agat, quantumuis posses- sor, qui se aduersarium obiecit, domicilium alibi habuerit,

or verò maluerit e-  
ibiq; rām iudice dōmīcilij conuenire, poterit id facere et-  
iam in uito possessore, quia non habet is, quod conqueratur;  
cum apud propriū Iudicem conuentus multò commodi-  
dius, minoreq; impensā fit litigaturus. Quo tamen casu la-  
ta sententia vim executionis non habebit in territorio eo,  
vbi res sita est: sed pro iudicati executione noua lis coram  
huius iudice est instruenda, etenim Iudici extra territorium  
ius dicenti impunè non paretur, per vulg.l.vlt.ff. de iurisdict.  
*Fab. in fin. d.c. 9.*

IV. Præsupponit verò realis hæc actio Dominium siue  
ius aliquod, puta seruitutis vel pignoris à parte Actoris:  
Possessionem verò à parte Rei, quæ omnia actori incum-  
bunt, probanda. Dominium autem hic denotamus tam  
illud, quod Directum DD. vocant, Dominoq; proprietatis  
competit, quale etiam marito iuris subtilitate tribuitur, pr.  
*Inst. Quib. alien. lic. vel non l. penult. C. de iure dotium*, quam  
quod utile, quale est Feudi, Seruitutis, tam realis, quam  
personalis, Emphyteusis & superficie, quæ dominij iura Va-  
llo Emphyteutę &c. ad rem Emphyteuticariam feudalem-  
que &c. sibi vindicandam competit. Hoc Dominij ius siue  
quod ei simile, persequimur, vel in Rebus, vel in Personis:  
in Rebus vel vniuersis, vel singulis: prius fieri dicitur *Peti-  
zione propriè*, posterius *Vindicatione*.

V. Petitionis a. species videntur potissimum esse: 1. *Her-  
editatis petitio*, qua verus heres defuncti hereditatem omnem  
vel eius partem ab eo, qui pro herede vel possessore detinet  
sibi restiū petit, tot. tit. ff. & C. d. p. t. her. 2. *Actio*, quæ prodit ex  
edicto Carboniano quæ datur heredi impuberi status contra  
uersiam passo, aduersus controvertenē, ut sibi hereditatis  
tit. ff. & C. Carb. edict. 3. *Actio de ventre in possessionem mit-  
possessio sit salua, enatā lite in tempus pubertatis suspensa-*  
*zendo,*

*C. uox domi interdiciff; ei opere magistri interveniente*

zendo, quæ datur mulieri prægnanti aduersus eos, qui hereditatem affectant, ut in tempus partus vñq; in eius possessione maneat, l.l. ff. de vent. in poss. 4. *Actio de separatione bonorum defuncti impetranda*, data eius Creditoribus contra heredis ære alieno nimisum grauati creditores, ut bona defuncti ab heredis partimonio separentur, l.l. s. i. & ferè per tot. ff. de separat. Hisce possunt assimilari Actiones respectu inofficiosi testamenti, inofficiosæ uè donationis parentibus liberis & quandoq; fratribus respectiue competentes, ad hoc, ut legitimam, & naturale debitum ab aliorum manibus vindicent. Posterius verò, quando sc: res singulas persequi volumus, pro Rei recuperandæ varia conditione varijs fit modijs. Rei vindicatione in specie sic dicta (*qua actio ciuilis est.*) Actione publiciana, Rescissoria, Reuocatoria Serviana vel quasi (*qua actiones pratoriae*) confessoria & Negatoria. *Inst. hic.*

V. I. *Vindicationem nomen habet à vindicando, hoc est, libe-* Vindi-  
rando & asserendo de iure ac manu possessoris, vel à vindicatio-  
cijs, quæ olim dicebantur ea, quæ ex fundo, de quo erat  
controversia, in ius allata erant. *Budæus in l. 2. ff. de orig. iur.*  
*Coras. in s. appellamus Inst. de action. A. Gell. l. 20. noct. Attic. cap.*  
*9. Cic pro Muren. & lib. 7. Epist. fami.. Epist. 13. Jacob. Ræuard. ad*  
*LL. 12. tab. cap. 6. Ad conserendam enim manum in rem ali-  
quam immobilem de qua agebatur, partes litigantes ex iu-  
re proficiscebantur in agrum controversum, terræq; aliquid  
ex eo, vti vnam glebam ad prætorem referebant, & in ea  
gleba tanquam in toto agro Dominij ius sibi vindicabant.  
Iti ~~dem~~ in prædijs urbanis vindicandis obseruabatur. Al-  
lata enim in ius glebam vel festucam manu tenens Actor  
dicebat; *Hunc fundum sine hanc domum vel aream meam esse aio-*  
*iure Quiritium, eamq; restitui mihi peto:* vel si eius possessio-  
nem petebat, dicebat, eamq; restituit, vnde deiectus sum postulo. ita  
evidenter: *Sigon. lib. 1. de iudic. cap. 21.**

6. De-

VII. Definitur in specie sic dicta Vindicatio actio ciui-  
lis, realis, ad dominum rei corporalis ab aduersario posse-  
fæ recuperandum, l. & ex diuerso 25. s. i. b. t. VVesemb. in parat.  
ibidem num. 2. Verba quæ aliæ definitioni in fine adjicit pa-  
rum profunt siquidem de natura actionis est, vt res officio-  
rum iudicis restituatur. s. 2. Inst. de offic. iudic. & prim. Instit. de  
action. Quod aliquando nobile iudicis officium implore-  
tur, quo res faciliorem executionem sortiatur salutare  
quidem est. l. qui restituere 68. actionis naturæ tamen nec de-  
mit nec tribuit quicquam.

mit nec tribuit quicquam.  
IIX. Quocirco tria ad huius actionis intelle&um nota-  
mus, quæ potissimum in formatione libelli tequiruntur: (1)  
vt sit aliquis, qui rem corporalem possideat, qui aduersari-  
us erit, l, vnic. C, de alienat. iudic. mut. caus. facta l. à possessoribus  
21. C. de R. V. (2) vt actor rei dominus sit, eamue suam esse  
contendat, l. in rem 23. ff. de R. V. (3) vt ex aduerso reus siue  
possessor, se eius rei dominium esse asserat. Quod postre-  
mum requisi: um haut necessarium hodiè opinantur. VVe-  
senb. & Myns. in expl. d. S. Inst. de action. Sed illorum opinio  
perspicuè refellitur per d. S. 1, verba illa: possessor autem domi-  
num eius se esse dicat.

*num eius se esse dicat.*  
IX. Quod etiam illud exigatur ex vetere formula euincitur; nam auctorita agebat: *hunc ego hominem, siue hanc ego* rem ex iure *Quiritium meum esse aio.* Deinde prætor reum interrogabat, an contravindicaret? id est, an contra rem suam esse assereret, quo vel tacente, vel negante se vindicare, sicq; cedente rem prætor auctori rem addicebat his verbis: *Quando negatis negas: hunc ego hominem praesenti & vindicanti addico.* Tradente Contio 1. disput. iur. ciu. cap. 12. pag. 63. & Boët. in topica Cicer. Bellè Brisson. lib. 5. de formula popul. Rom. pag. 375. & Probus in libello de notis. Vnde qui vindicauerat, lege egisse; qui cesserat, iure cessisse; Prætor verò addixisse dicebatur,

batur, Hinc illa legis Actio , In iure cessio, & prætoris Ad-  
dictio.

X. Quæ modo dicta & data est agendi formula secun- ad. §. 3.  
dum simplicem verborum conceptum pariter ad eas, quæ sed ista,  
nunc sequuntur, & ex prætoris edicto constituuntur, actio-  
nes adhiberi quoque potest, arg. §. 4. vers. & ita vindicat  
*suam esse*: nihilq; verba executionis & sententiæ quæ con-  
cipiebatur in rei vindicatione ciuili per verba, TvvM Esse  
dico: Tibi præsenti & vindicanti addico, variant à sen-  
tentia, quæ fiebat in prætoria. *VVesenb. in par. hic num. 5.* quan-  
tumuis in medijs agendi distarent, vel ex diuersis principijs  
libellos concluderent, vide Dd. add. §. 4. Inst. d. t.

XI. Inter has prætorias vindicationes prima est *Publicia-*  
*na*, quæ est actio in rem prætoria, quâ ex iusta caussa seu ti-  
tulo, ad transferendum dominium idoneo, & bonâ fide à  
non domino rem acceptam: necdum vsucaptam ab eius  
possessore petimus l. 1. ff. h. t. Harpr. ad d. §. num. 1. ubi & Schn.  
num. 14.

XII. Iustam caussam seu titulum publicianæ requirit Præ-  
tor in suo edicto, l. 3. & 7. §. prætor ait ff. de publiciana in rem  
actione; cum publiciana in his locum solum habeat, quæ v-  
sucapi possunt, l. 9. §. hac actio ff. h. t. Vsucapio autem sine  
prædictis non procedit §. 4. Inst. de Vsucap. secundum vers-  
vulgares:

*Non vsucapies: nisi sint tibi talia quinq;*  
*Bona fides, iustus titulus, res non vitiosa,*  
*Quod a re tradatur, & tempus continuetur:*

Ita quoq; propter vitium rei in rebus furtiuis actio hæc non  
obtinet. d. l. 9.

XIII. Publicianæ vero iustam causam seu titulum iusti-  
ficata facit traditio, sine qua nec possessio, nec vsucapio vn-  
quam contingit, l. 25. ff. de vsucap. l. 1. & l. cum heredes 23. ff. de  
acqui-

Publici-  
ana.  
ad §. 4.

Namq;

acquirend. possēt. Est autem illa extra necessitatem dominij; alias traditam sibi esse sufficeret allegare, nec opus esset adserere usucaptam esse: vero itaq; domino haec ex necessitate non competit. Quorsum enim & cui bono desideraret actionem honorariam, qui ciuili satis fultus esset, b. s. n. l. i. §. i. ff. b. i. l. 18. de pignorib. & hypoth. argm. l. 43. in fin. de R. I. Vult. num. ii. & 20. quanquam de consuetudine iura dominij vel quasi in vno libello coniungantur. Bart. ad l. i. hic haec q; actio cum rei vindicatione ciuili cumuletur. Obr. disp. de concursu action. quem vide. Quid enim vetat rei inchoatæ & ad perfectionem tendenti aliquid maioris subsidij causa addi, ut intentandæ Publicianæ causa tanto iustior appareat, Heig. ad §. 4. n. 6. hoc. i.

XIV. Circa prædicta hoc quæri potest: si quis iusto errore facti subesse causam existimet, quæ tamen non subsit; veluti si à furioso, emerit, ignorans eum furere, vel à minore nesciens talē esse, nunquid Publiciana ad recuperandam amissam possessionem, emptori accommoderetur? & admodulari iudicamus l. sed & si. 7. §. Marcellus ff. b. i. ubi Gotb. lit. H. Don. ad hoc nostrum §. 4. n. 6. & s. comment. 15. Anton. Fab. i. coniect. cap. 15. Harpr. add. §. n. 5. Cuiac. 16. obs. 29. n. 5.

XV. Competit Publiciana Quasi domino hoc est ei, qui à non domino, quem tamen dominum esse putabat rem bona fide & iusto titulo acquisiuit, vti & eius heredi, & ei qui pro herede possidet, cum enim horum possessio iusta causa & titulo commendetur, sicq; usucaptioni valida fundamenta sternere possit. l. 3. & vlt. ff. pro herede interruptæ quasi usucaptioni Publicianæ actionis remedio sibi consulere possunt. Verum qui pro possessore possidet vti titulo suæ possessionis iusto, sicq; usucaptionis commodo destituit: sic quoq; ad Publicianam hanc non admittetur. Dancell. s. com. 14.

16. Datur

XVI. Datur autem contra quemlibet possessorem & detentatorem, qui habet facultatem restituendæ rei , neq; hic sese subtrahere poterit, qui dolo desijt possidere , cum enim hoc ipsum in Generali vindicatione pro pure obseruetur, idem quoq; ad Publicianam rectè accommodabitur l.7. §. in Publiciana ff. de publ. in rem action. Præterea contra eum quoq; datur, qui pro herede possidet. Har. ad §. 4. n. 27. Donell. s. comm. c. 14. & 15. Non datur vero contra dominium, etenim non ideo hæc actio comparata est, vt res domino suo afferatur , competit enim demum sub hac conditio-  
ne. Si ea res possessoris non sit: & præterea æquum est, vt ve-  
rus dominus (præsertina possidens l. 1. & 2. & passim ff. de cond. ob  
turp. cauſſ. l. vlt. C. de Rei vind. nudum titulum & bonam fi-  
deim alleganti præferatur, cum etiamsi non possideret rem  
suam à quoquis possesso re vindicare possit. l. penult. & vlt. ff.  
de publ. in rem. VVesenb. in parat. nu. 5. ff. eod. Heig. ad §. 4. num.  
25. Inst. de act.

XVII. Notandum est Publicianam hanc per ius Cano-  
nicum hodiè non esse correctam, cum nullibi de aliqua cor-  
rectione constet, ideoq; quod non mutatum est, quare stare  
prohibetur? secundum l. sancimus C. de testamen. præser-  
tim: cum iuris correctio summè sit vitanda l. 1. cum similibus  
C. de inoff. dotib. & Schneid. ad §. ista 3. b. 1. num. 56. & seqq. & æ-  
quitas, cui facile ius Canonicum consentit, postulet, posses-  
sionem restitui ei, apud quem iure est, quam vt eam retine-  
at, qui postea eam iniuria nactus est secundum allegat. ad le-  
gat. ad nos. §.

XIIX. Altera species prætoriæ Vindicationis appella-  
latur Rescissoria, quæ priori prorsus est contraria , eo quod ad §. rur  
vsu capione rescindat, & actionem impletæ præscriptio-  
nis obstaculo rescisso ac sublato restituat: Vnde non abs re  
diuersis respectibus modo Rescissoria , modo Restitutoria

B

voca-

vocatur l. nec non 28. §. penult. & ult. ff. ex quib. caus. maiores &c.  
l. ab hostibus 28. C. postlim. reuers. argm. l. quamvis 8. §. Marcellus  
9. §. & si mulieri 12. ff. de SC. Vellian. Heig. & Harpr. in §. rursus ex  
diuerso s. num. 4. & s. Inst. de action.

XIX. Hæc est actio, quâ ea, quæ quis propter suam vel  
alterius absentiam ex bonis amisit, aut vsucapione, aut non  
vtendo iure suo, olim infra annum utilem; hodiè autem in-  
fra quadriennium continuum sibi restitui petit l. ab hostibus  
28. l. 18. C. de postlim. reuers. l. ult. C. de tempor. in integrum resti-  
tut. l. 1. ff. ex quib. caus. maiores Harpr. ad §. 5. Inst. de actionibus  
num. 3. Don. s. com. 14. & 15. num. 1. & 14. Hunnius disp. Iustinian.  
19. thes. 17.

XX. Duplex hinc esse iudicium seu remedium satis ap-  
paret, vnum Rescindens, alterum Rescissorum. Illud est nobile  
officium iudicis, per quod læso datur restitutio in integrum,  
rescinditurq; obstaculum vsucaptionis in absentia comple-  
tæ, quæ agere impediebat; sicq; iudex imploratus à læso an-  
nullat, & rescindit quicquid illud est, in quo læsum se con-  
queritur actor. Hoc autem est illa actio, quâ quis post vsu-  
cationis interruptionem agit ex meritis causæ sibi rem i-  
psam vsucaptam restitui l. 35. ff. de O. & A. l. 13. §. 1. de Min. l. 24.  
§. fin. eod. l. 46. §. 3. ff. de procurat. ac si numquam vsucapta fuisset,  
Forst. disputat. 3. th. 5. Schneid. in §. 5. Inst. de action. num. 4.  
Treut. p. 1. disp. 11. th. 1. lit. B.

XXI. Hinc constat de differentia huius Rescissoriæ acti-  
onis & Publicianæ; Illa rem vindicat iam vsucaptam, quasi,  
vti dictum, nunquam fuerit vsucapta. Hæc ex diuerso vindic-  
cat rem nondum vsucaptam, quasi iam tum vsucapta ferit.  
Vtraq; fictione opus fuit, vt iuri ciuili qua staret autoritas,  
quod non nisi dominis veris actionem in rem concedit l. in  
rem ff. de R. V. In publiciana itaq; fingendus est sibi domi-  
nium per vsucacionem adquisuisse, qui non acquisiuit; &  
in

bomis interdicti, ei opere magnifico interventione

in Rescissoria dominium non amisisse currente vsu capione,  
qui tamen amisi.

XXII. Habet hoc beneficium, non modo rei dominus  
Iesus, qui dominum iusta absentiae causa amisit, & stricto  
iure dominus esse desijt, re ab alio prælente vsu captâ: sed  
etiam successor eius, siue is, cuius interest. *Don. h̄c num. 1. &  
Vult. num. 2.* Vtrisq; in integrum restitutis l. 1. in princ. & fin.  
*ff. ex quibus caus. &c.*

XXIII. Iustum autem absentiae causam prætendere pos-  
sunt. (1) Qui militiæ vel alias Reipub. causa pûta legatio-  
nis expediendæ gratiâ abfuerunt. *d. l. 1. & LL. seqq.* (2) Qui  
salutis recuperandæ gratiâ abfuerunt, *argu. l. 1. l. 26. §. fin. ff.  
ex quibus caus. maiore.* (3) Qui studiorum causâ abfuerunt,  
*argumentum. Auth. habita C. Nefilius pro patre l. 26. §. fin. & l.  
28. in princ. ff. eodem. horum enim absentia non tantum pro-  
babilis, quod solum h̄c velle videtur, Schneid. sed & neces-  
saria quoq; meritò statuitur.* Præterquam enim quòd ea  
infinitorum commodorum, publicæq; salutis tam belli,  
quam pacis tempore tam in statu Ecclesiastico, quam Poli-  
tico ferè vnica & præcipuâ causa est, lege quoque proba-  
tur. Hisce accommodare quoq; vtiliter poterunt, qui mer-  
caturæ aut honesti alicuius artificij addiscendi gratiâ abfue-  
runt, *arg. d. l. 26. §. fin. Bocer. Clas. 6. disp. de Integ. restit. thes. 23.*  
(4) Relegati, qui metu commissi criminis abfuerunt. *d. l. 2.  
§. vlt.* (5) Qui in vinculis vel ab hostibus, vel à latronibus  
detenti fuerunt, *l. 9. & seq. ff. cod. & l. 2. C. d. 1.* (6) Qui dolo  
aduersarij absentes fuerunt, *l. 3. C. de Naut. fæn. l. 62. §. vlt. de  
contrah. empt. l. 1. §. si res & l. vlt. iff. de eo per quam factum.* (7) Et  
generaliter quotiescumq; quis non tam ex voluntate, quam  
necessitate, abfuerit (*de quo Prætor arbitrabitur*) Iustum ab-  
sentiam allegare poterit, sicque Rescissoria hac actione vti.  
Quod si pro propria voluntate quis abfuerit ei non succur-

retur, ubi imputet quod procuratorem domi non reliqua-  
rit, qui vsucaptionem præsentis inhibuisset, l. 26. §. vlt. ff. ex  
quib. caus. mai. Ant. Matth. ad §. rursus Inst. h. 1. in Notis.

XXIV. Datur hæc Actio Rescissoria non tantum Absen-  
ti contra præsentem; sed & præsenti contra Absentem, ne  
alterius factum, quod ipse corrigere nequit, sibi ob sit: ne  
quod in vnius fauorem introductum, ad alterius perniciem  
extendatur, & ne iusta quædam absentiæ alicui sit damno  
vel compendio, quod adeò verum est, vt contra militem  
absentem hæc actio competat, l. 21. l. 26. §. fin. cum l seqq. ff. ex  
quib. caus. maior. Neq; refert, hoc casu necessaria probabilis  
voluntaria, cuu contumacia vel sine ea fuerit absentia, cum  
contra omnes absentes, qui facta ab auctore interpellatione,  
non defenduntur vel à procuratore vel ab amicis, edicto re-  
stitutio in integrum promittatur. Don. lib. 21. cōm. cap. 5. Rōcer.  
c. 6. disp. de restit. in integ. th. 25. Et, si restitutio conceditur  
contra eum, qui Reipub. causa absfuit, quantò magis con-  
cedenda erit, contra eum, qui absfuit sua voluntate. Nam  
quid præsenti hac in parte imputari potest, qui æque caret  
facultate conueniendi illum, qui abest sua voluntate, quam  
qui necessario Reipub. fortassis gratiâ.

*ad §. itē si quis Reuocato- ria. 6.* XXV. Nec tantum hæc actio, aduersus eum, qui im-  
mediate lucrum ex læsione sentit, sed etiam contra tertium  
cuiusue successorem quatenus ad eos res peruenit cum di-  
stinctione l. in cause. 13. §. fin. ff. de Minor. quo refer Cyn. in l. fin.  
num. 13. C. quib. ex caus. Fab. hie num. 20. in fin. Harpr. ad noct. §.  
num. 12. & Schneid. num. 50. Qui tamen ad suum auctorem re-  
forti poterit, quamvis emptio rei vsucaptæ per plures per-  
sonas ambularit, l. 15. ff. de minorib.

XXVI. Sequitur actio Reuocatoria, seu Rescissoria ali a  
de qua agit Imperator noster, in §. 6. h. 1. Quæ definiti pot  
est actio in rem (Forst. l. 4. & 3. thes. 6. vocat eam Hypothecariam  
*de*

*bonis interdicti, ei opere manifesta interventione*

'de pig. prætorio) quâ Creditores, bonis debitoris ex primo decreto sententiauè præsidis iam tum possessis, res in fraudem suam alienatas à quo quis possessore rescissa traditione repetunt, ac si nunquam tradita à debitore fuissent. Harpr. ad d. 5. num. 2. Don. num. 3. & seq. Quæ enim in præiudicium alterius fraudulentio consilio acta sunt, meritò rescinduntur; cum ius nostrum nullis machinationibus ac dolis ferat prætrocinium, l. i. ff. de dol. met. excep. l. i. ff. de dol. malo.

XXVII. Inititur Reuocatoria hæc actio non iuri alieni Dominij: sed iuri pignoris prætorij, quod per immisionem in vniuersa bona creditoribus constituitur l. quod propnis C. de reb. auth. iud. l. 26. ff. de pign. action. l. fin. C. de præt. pign. Idipsum satis superq; declarant quoq; verba præsentis s. bonis eius ex sententia præst. d. à creditoribus possedit. Quod si itaque fallax Debitor in fraudem creditorum, quos nouit à prætore, in suorum bonorū possessionem mittendos, quidpiam alienauit, Creditores hi postmodum missi in possessionem fuerint, ad hoc, ut latitante reo, vel eum nemine defendant, authoritate prætoris sub pignoris prætextu debita consequantur, actione hac reuocatoria recuperare possunt, quicquid ante immisionē fraudulenter à debitore est alienatum perinde; ac si semper in bonis Creditoris manisset, & concessam à prætore securitatem plenissimè in eo retinuissent, quod & idem illis contigisset, si nulla in fraudem alienatio facta fuisset; Etenim immisione in possessionem est totorum bonorum l. i. ff. quib. ex caus. in poss. eat. & ita consequenter eorum, quæ in fraudem creditorum alienata fuerunt si modo vñquam in causam bonorum Debitoris revertentur. Creditoribus itaq; sit restitutio non debitori, præsertim qui facto & dolo suo rem in bonis habere desierat Fab. 120. coni. c. 15.

**XXIX.** Actio hæc Reuocatoria alia & diuersa est à Pauliana. Quia actio Pauliana personalis. Datur enim (1) contra heredes, quamuis non possideant, l. 10. §. vlt. ff. quæ in fraud. cred. (2) Vocatur actio in factum, l. ead. in princ. & §. annus, quales nemo vñquam dixerit reales. (3) Edicti verba in personam sunt concepta, vt illa cum eo qui fraudē non ignorauerit, item illa, sciente te restituas persona igitur ita editio constringitur condemnatur vti in iudicio depositi, commodati & similibus (4) probatur ex collatione, l. videamus §. in Fanianaff de usuris l. 1. §. hac actio ff. quæ in fraud. cred. I. Pauliana non requirit, vt bona sint à Creditoribus possessa, l. 15. & 17. §. 1. ff. quæ in fraud. hæc verò nostra hoc ipsum maximè requirit Anton. Fab. d. l. Forst. l. 4. disp. 3. thes. 6. itidem Donell. Dissent. DD. communiter, aliter autem Anton. March. in notis ad §. 6. Inst. hic.

**XXIX.** Notandum hic est prædictam actionem esse arbitrariam, cùm detur contra rei adquisitorem & possessorem non tam propterea quod dolum participabit cum debitor; sed propter id maximè, quod rem ipsam habeat, eiusque restituendi facultatem. Itaq; si iussus restituere per contumaciam nō pareat arbitrio Iudicis condemnari debet ex æquo & bono in omne id, quod reuera inter est Creditoris agentis §. præterea Inst. de Action. Cæterum Publicianæ actionis tractationem, quæ cum hac nonnulla habet communia, cum huius loci non sit, suo merito relinquimus loco.

**XXX.** Eo quo dictum modo persequimur pignus prætorium, quod verò vel conuentione vel legis prouisione nobis competit, persequimur actione Seruiana, quæ ab authore suo Seruio vocata est, qui primùm eam edicto suo proposuit, Mys. ad §. 7. de actione num. 10. Platean. num. 1. Heig. num. 5. Vuli. num. 3. Forst. lib. 4. disp. 3. th. vlt. ad lit. B. Diuiditur in

in Seruiānam & Quasi Seruiānam. Illa est actio prætoria  
realis, qua locator agit ad res à conductore in prædium lo-  
catum, ut perpetuò illic essent, inuectas & ilatas, proq; pen-  
sione ac deterioratione prædijs obligatas à quocunq; pos-  
sessore quasi pignus auocandas, & vsq; dum sibi integre satis-  
fiat, retinendas, arg. §. nostri 7. Instit. de action. & Schneid. ibi  
num. 12.

XXXI. Proponitur hæc actio domino eiusq; heredi-  
bus l. viam veritatis C. de loc. & conduct. aduersus Colonum,  
vel Inquilinum eorumq; heredes, quorum illum vocamus  
eum conductorem, qui prædium rusticum ad sua commo-  
da colendū annua pensione conduxit: siue is fuerit colonus  
simplex siue partiarius, qui certam portionem fructuum ex  
fundo perceptorum, pro annua mercede, quæ regulariter  
pecuniæ est, præstat, l. 21. C. de locat. hunc verò prædium ali-  
quod vrbanum nudæ hominum habitationi destinatum  
conduxit, siue in villa, siue urbe illud prædium sedem ha-  
buerit, cum vrbanum prædium à rustico non loco: sed qua-  
litate fine & materia differat, l. urbana prædia 198. de V.S. præ-  
te ea etiam contra secundum inquilinum seu inquilinum  
inquilini porrigitur, mercedis tamen ab eo præstandæ ser-  
uatâ proportione l. 11. §. solutam ff. de pignorat. action. Imò &  
cuiuis possessori opponitur, principali tamen debitore eius-  
que fideiussoribus Mandatoribus & sponsoribus prius ex-  
euissis, l. certi iuris l. nemo C. de locat. & conduct. Nouel. 4. cap. 2.  
Auth. hoc si debitor C. de pign. & hypoth. Bocer. Clas. 5. disput. ult.  
thes. 4.

XXXII. Notandum hic est insignem esse pro diuer-  
sitate hac prædiorum differentiam inter hypothecariam  
obligationem rerum illatarū & inuectarum; siquidcm illata  
& inuecta in prædium Vrbanum cæteris paribus tacite pi-  
gnoris nexu obstringuntur si videlicet ea mente inducta  
sunt,

sunt, ut per conditionis tempora ibi manerent, l. 32. ff. de pign. l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. pig. tac. qua mente illatæ quoq; in tabernam censentur merces negotiantum ib. distrahendæ, propter perpetuam enim harum mercium surrogationem perpetuam quoad tacitum pignus causam habere videntur, l. 34. in prin. ff. de pig.

XXXIII. Quæ itaq; merces quiuè fructus si locationem Colono factam respicias tempore pensionis soluendæ extiterint, factâ præclusione sibi dominus prædij vindicare poterit. Præclusione autem seu scriptione nondum facta merces vel fructus conductor impune vendet & alienabit quod benè monuisse Zasium ed. §. nostrum, dicit Heig. l. 9. ff. in quib. ea: pig. tac. quo pacto autem olim facta fuerint præclusio, vid, apud Goth. in notis & leg. all. tit. lit. O.

XXXIV. Eadem quæ mercium, nummorum quoq; ratio est in præmium urbanum inductorum, l. 7. §. vlt. & l. 34. §. vlt. ff. qui prior in pig. vti enim merces invehuntur, vt illic tantisper maneant, donec vendantur sic nummi quoq; inferuntur. vt illic tamdiu maneant, donec exponantur: & quod magis est, vt, merces mercibus, sic nummi nummis substituantur imo nummos plus præsidij, quam merces mortalibus polliceri videmus. Dissent. Schneid. Zas. Heig. ad §. hunc nostrum.

XXXV. Deinde tacite oppignorata videntur, quæ generalem pignoris obligationem subire assolent l. 6. 7. & 8. ff. d. pig. Eximenda itaq; omnia ea, quæ quis propter singularem affectionem & quotidiam necessitatem veri similiter non consuevit oppignorare, vt sunt vestimenta quotidiana; Alumni; Nutrix; Annuli & alia iocalia arrhæ sponsalitiae loco data; Libri Doctorum & studiosorum in domum vel Museum induci, equi & arma militum. Fauorem eum mereatur quam bonis literis Reipub. posterisq; impendere boni sole-

solemus industria: flagitatq; necessitas, cui, si studiosi libris milites armis priuarentur, Recipub. subijceretur, *Mudanus* & *Zasius ad d. nostr. s.* Nomina debitorum eorumq; chyrographi, l. 70. ff. de leg. 2. *Harpr. s. 4. Instit.* Res alienæ, vel alijs iam obligatæ, hæ enim ad tertium semper cum suo, cui subiacent onere transeunt, l. 11. s. 2. ff. qui potior. in pig.

XXXVI. Anne hic quoq; eximendæ sint res minorum in domum conductam inuectæ inter Doctores vehementer controuertitur. Nos adfirmantibus suffragamur (1) quia non subest graue aliquid pupilli Præiudicium. (2) Res inuectæ in mobilium sunt numero, quæ citra prætoris Decretum possunt alienari, l. 1. s. 2. l. 3. s. 1. & tot. tit. ff. de reb. eor. quæ sub. (3) Faciunt pro hac sententia l. 7. in princ. ff. quib. mod. hypoth. sol. & l. 46. ff. de O. & A.

XXXVII. Longe diuersa constituendi pignoris ratio est in inductis in prædium urbanum, etenim si quas res Colonus in prædium rusticum induxerit, illæ pro annis pensionibus non aliter obligantur, quam de eo expressa facta fuerit conuentio l. 4. ff. in quib. caus. hypoth. verb. in rusticis contra, Confer. l. s. C. in quib. caus. pig. Dominusq; fundi eas pro mercedibus pignori futuras pegigerit s. 3. in fin. Instit. de Interd. hinc illa notabilis ICtotum attentio; quod, cum mentionem faciunt pignoris illatorum in prædium rusticum, semper de espresso, nunquam verò de tacito loquantur, l. 32. ff. de pig. l. vlt. s. 2. ff. qui potior. & tot. tit. de Saluian. Interdict. l. s. C. de locat. ubi verbum voluntatis pro conuentione sumimus, quippe cum omnis expressa conuentio præuiam habeat contrahentium voluntatem. Et sane si verba legis huius quintæ absolutæ & ad literam quis interpretari velit, sequeatur nihil posse colonum in villam inducere, nisi voluntatem domini super hoc impetravit: quod si vero ea quis ad ius taciti & legalis pignoris referre velit, nolens volens con-

C

cedat

*ad* cedat necesse est, tacitum pignus expressam partium voluntatem requiri quod falsum.

XXXIX. Differentiae huius (qua quoad allata oppignoranda in praedium urbanum prouisionem legis sufficere in rusticum vero hominis curam desiderari diximus) rationem ex dispari qualitate praediorum depromimus: Fructus enim in fundo conducto nati, siue industriales siue naturales illi fuerunt, in securitatem annuarum praestationum domino tacite obligantur, l. 7. ff. & l. vlt. C. in quibus causis tac. pig. l. 24. §. 1. & l. 53. ff. loc. cuiusmodi securitatis ratio cum in praedijs urbanis dominio se non offerat, lex tacito suo legati pignore circa illata ei consulere merito voluit Donel. de pignor. cap. 4. Obrech. disp. 15. th. 69. Hunnius disp. 19. th. 25. Diss. Tract. volum. 2. disp. 1h. 4. Schneid ad hunc §. Anton. Matib. in notis ad Inst. h.c. Sichar. ad l. 5 C. de locat. & conduct. Conuentio autem hæc de quo modo diximus cum (1) personalis sit (2) facti ossibus quasi primicoli solum adhærebit, nec quicquam secundo Colono præiudicabit, cum & præsumptio tacitæ conuentionis hic vices suas perdat l. 24. §. 1. ff. locati, conf. l. 11. ff. de pign. act. Hæc de Seruiana.

XXXIX. Quasi Seruiana, seu hypothecaria est, quæ creditori, ex quavis causa pignus hypothecam vè habentii ad eius pignoris hypothecæ vè persequitionem conceditur, §. nostro 7. l. pignoris 17. ff. de pig. & hypoth. Hun. disp. 19. thes. 27. & Harpr. ad § hunc num. 24. Ex qua definitione differentia inter Seruianam & quasi Seruianam perspicitur: illa enim locatori saltem competit, cui vel expresse vel tacite res à conductori in praedium illatæ vel inuestæ sunt obligatae: hæc omni creditori, ad cuiusvis debitoris res pignori suppositas persequendas tribuitur, siue illud pignus lege, cuiusmodi pignora Mulieribus, pupillis, Fisco tributa videmus: siue hominum operâ, ut pote Magistratus, quod immissione in bono-

bonorum possessionem ex primo decreto: Testatoris, quod  
vltima dispositione: Ipsiusq; debitorij, quod inter viuos  
conuentione modo generali, modo speciali, modo iudicia-  
li, modo priuata, & sive variè peragitur, fuerit constitutum.  
Illa rerum mobilium tantummodo est, hæc tum ad mobi-  
liatum ad immobilia pertinet. *I. aliquando 13. ff. ad S. C. Vellian.*  
*I. i. cum prædium ff. de pign. & hypotb. I. i. C. communia de legat. &*  
*I. i. de precario interdict.*

X L. Datur hæc actio (1) Creditori *leg. i. & passim*  
*ff. de pignorib.* (2) heredibus & quidem omnibus in so-  
lidum *I. ii. §. 4. ff. de pignorib. action.* (3) Emptori pignoris,  
cessionario sicq; secundis Creditoribus si primis satisfece-  
rint. Dirigitur autem contra debitorem ipsum, eiusq; he-  
redes, vbi actor probare tenetur conuentione pignoris  
esse factam non vero ius fuisse debitori obligatas res oppi-  
gnorandi. Quâ fronte enim excipiet debitor rem à  
se non iure obligatam; qui non propriam turpitudinem al-  
legabit? seq; criminis stellionatus vel falsi reum faciet? *I.*  
*4. i. in fin. ff. de pign. action.* exceptionem itaq; hanc doli repli-  
catio elidet. Deinde contra quemuis possessorem, siue il-  
le titulum eumq; vel onerosum vel lucratuum possessionis  
suæ habuerit siue non: Vbi actor itidem non præcise pro-  
bare tenetur, rem oppignoratam in bonis debitoris absque  
omni onere fuisse vacuam (qui enim probare poterit factū  
alienum cuius inculpata assölet esse ignorantia.) sed sufficit  
eum probasse contra hunc tertium possessorem Re oppi-  
gnorata tanquam suis bonis debitorem vnum fuisse, sibi que  
prius fuisse pignoris titulo obligatam, quam possessori do-  
nata vel vendita fuerit. Vti enim creditor merè hypo-  
thecarius, volens vincere sibi similem creditorem, solum  
probare tenetur suæ hypothecæ prioritatem: ita quoque  
victurus possessorem de temporis prioritate solum doce-  
bit.

bit. Probante itaq; creditore tempus suæ hypotheticæ si possessor non poterit probare tempus acquisiti domini antiquius creditor vincet per regulas vulgares: qui prior tempore potior est iure: Res subiungata oneri transit cum suo onere. Ita post Madaum, Heig. Inst. ad præf. §. n. 29, 30. Quanquam pleriq; Interpretes dissentiant.

XLI. Præterea in hac actione notandum est, quod aduersus tertium rei nimirum obligatæ possesseorem non detur, nisi iam antea per actionem competentē fuerit excussus ipse debitor, non obstante quod notoriè soluendo non sit, debet enim citari tertius possessor ad videndam excussum, ne in posterum ullam exceptionem prætendant hac actione experiunti Nou. 4. c. 2. Auth. hoc si debitor C. de pign. & hypoth. & Auth. sed hodiè C. de O & A. per reg. in l. 39. ff. de Adopt. l. 47. ff. de re iudic. Sich. add. l. fin. C. de O. & action, & in l. 24. C. de pig. & hypoth. n. 9. & 19. Geil. 2. obs. 27. n. 7. Schn. ad h. n. §. n. 80.

XLII. Actiones Reales quæ pro corporalibus competunt, hactenus discussimus. Confessoriam & Negatoriam, quæ in rebus corporalibus i.e. seruitutibus tam personalibus, quam realibus vindicandis locum habent paucis distinctionibus. De ijs autem prius egimus siquidem Res corporales potiores & digniores sunt iuribus ipsis inherentibus, & videmus præterea sapientem & sedulam naturā prius produxisse omnia ea, quæ alijs subiectorum loco esse possunt, & deinde demū varia adiuncta hisce indidisse. Observantes igitur ipsius naturæ ducū prius agere volumus de Realibus pro rebus corporalibus competentibus actioniis: Deinde verò de ijs, quibus in iuribus nostris recuperandis utimur, cum res corporales incorporalibus lese quasi supponunt, easq; in sinum vel complexum suum quasi suscipiunt. Connectionem hisce confer, tit. 1. cum tit. 2. lib. 2. Institut.

XLIII. Harum actionum illustre discrimen est à vindicatione

tionibus rerum corporalium, ex enim simplices sunt & confessoriae, nullae vero negatoriae: verum incorporalium rerum altera afferit seruitutem, negat eandem altera. Ratio discriminis ea est, quod in vindicationibus rerum corporalium non de alieno, sed suo proprio iure, quisq; agat, & fane quantumuis probet rem possessoris non esse protinus tamen inde non sequitur suam esse, cum alterius esse possit, l. 1. de except. rei vind. l. vlt. C. unde vi. Hinc illud quod s. præsenti A Equè dicit Imperator in controvëris rerum corporalium eum agere qui non possidet, ei vero, qui possidet, non esse actionem, proditam per quam neget esse alterius, quorsum enim & cui bono actio hæc quæ nil quicquam iuris vel utilitatis afferat auro, satius longe est possessori, ut se tueretur commodo possessionis inq; aduersarium onus petitoris rejciat s. retinenda Inst. de Interd. l. 24 ff. de R. V. Cæterum is qui possidet fundum cui seruitus debetur, vel qui quasi ius seruitutis possidet, cum in eius vi turbari possit actio ei, quo tale tollat impedimentum iure appropriata est. l. penult. in fin. ff. si usus. pesta ur.

XLIV. Confessoria est in hac materia prima: & est actio in rem, quâ quis seruitutem sibi suisq; ex aliena re deberi intendit, quam alius impedit: ut contrâ Negatoria est, quâ Confessoria. quis seruitutem à re sua deberi negat, quam alius affectat vel usurpat. s. æquè si agat 2. b. 1. l. 2. ff. si seruitus vind. l. pen. vlt. ff. si usus. pet. Vult. R. I. lib. 2. c. 22. num. 36. Actiones in rem propterea sunt, quia requisita actionis realis continent. Etenim in Confessoria actor seruitutem sibi olim constitutam vindicat & vt suam petit, quam aduersarius dum impedit quasi possidet. In negatoria vero etsi non vindicat seruitutem, agit tamen in rem seu seruitutem, quam negat ad aduersarium pertinere, qui eam dum usurpat aut

affectat quasi persidere videtur *An. March. in notis ad §. pres.*  
*equè.*

XLV. Dicimus actionem confessoriam & Negatoriam non à verborum conceptione adfirmatiua & negatiua: sed à proprietatibus, intentione actionis, causisq; finalibus, quod effert ita Bartolus ad l.2.num. 4. si seruit. vind. non ab apposito, sed à supposito i.e. non ab oppositis symbolis sed à re supposita, quæ magis attenditur, tametsi conceptio verborum importet rei significandæ iustum præsumptionem. Actio siquidem confessoria ad seruitutem vindicandam, & in resolutione negatiua ad libertatem infirmardam: negatoria contra ad servitutem euertendam, & in resolutione affirmatiua ad libertatem adstruendam pertinet, §.2.h.t.l. 2.in prin. & §.1.l.loci 4.2. & §.competit 7.ff. si seru. vind.l. viifruis. ff. si usus. pet. Sicq; vt paucioribus effert Oldendorpius, Confessoria vindicamus seruitutem, Negatoria libertatem Bocer.  
Class.s. Disp. 28.1b.27.

XLVI. Proponitur confessoriæ actionis libellus fere in hac forma; vt affirmet actor seruitutem suam esse in cuius vnu à reo fuerit turbatus, petatq; à iudice, vt sententia definitiua seruitutem sibi competere declareret, reum verò ab impedimento deinceps desistere, interesse actori præstare, & aduersus futuram turbationem de se & heredibus suis idoneam cautionem præstare condemnnet Mudeus ad §. aquè. Heig. ibi num. 12.

XLVII. Competit autem pro omnibus rebus incorporalibus & primùm pro seruitutibus tām personalibus quam realibus: intellige iam constitutis nobisq; plene acquisitis non vero constituendis nobisq; acquirendis pro hisce etenim experimur actione aliqua personali, l.3.in princ. & l. 25.in princ. vers.in personam. ff. de O. & A. deinde pro quolibet iure incorporali; vnde si quis in decimarum vel reddituum colle-

collectionibus, venationibus, aucupijs & piscationibus sibi  
competentibus impeditus fuerit, confessoria recte experi-  
etur. vt notatur per Canonist. in c. iua 25. &c. prohibemus 19.  
ext. de dicimus. Sic etiam quando quis turbatur in iuribus praes-  
sentandi, quod competit patrono Ecclesiæ, vel in alijs iu-  
ribus Ecclesiasticis, vt in iurisdictione, confessoriâ itidem  
recte utetur Heig. hic n. 6. Fab. ibid. n. 3.

**XLIX.** Datur autem confessoria directa dominis direc-  
tis, prædiorum dominantium, & his qui plenum dominium  
habent, si plures sunt cuilibet in solidum. l. 1. & 2. ff. si seru-  
vind. sicuti reivindicatio soli domino datur l. in rem 23. in  
princ. ff. de R. V. Utilis verò datur quasi dominis, vt usufru-  
tuarijs &c. qui hac Confessoria utili saltē seruitutem vin-  
dicare possunt l. vvc. §. item Julianoff. de Remissionibus & l. 2. ff.  
de Nou. oper. nunt. Cuiac. lib. 1. obs. 16. Donell. lib. 11. comment. cap.  
25. pag. 609. num. 40. Vult. lib. 1. discept. Scholast. cap. 18. Hænon. disp.  
29. controvers. 3. sub lit. H. Vti & illis, qui ius in prædio domi-  
nante habent utpote creditori, cui præmium est oppignora-  
tum l. ei qui pignori. ff. de seruitut. Hi omnes præter petitoriu-  
m hoc reale iudicium etiam interdicto possessorio quan-  
quam agere possunt, dicentes, se in quasi possessione alicu-  
iut seruitutis, vel iuris tam diu fuisse, quam sint spoliati, vel in  
cuiususu turbentur, qui modus agendi & utilior & facilior  
ijs esse putatur, Etenim facilius est probare, quod quis tot  
annos ex alterius cisterna aquam hauserit, quam quod iure  
hauserit, l. 24 ff. de R. V. l. 8. §. Aristoff. si seruit. vind. l. 1. §. quod  
autem d. vi & vi arm. l. vlt. ff. vti pisd.

**XLIX.** Confessoriam hanc actionem primū concedi  
certum est, contra dominum prædij servientis prohiben-  
tem actorem constituta seruitute vti. l. vti Iures. §. virūm in  
princ. ff. si usus. pet. l. et si forte o. §. hæ autem actio 3. & l. si quis  
diuturno 10. §. 1. ff. si seruit. vind. (2) contra possessorem fun-  
diser-

disseruendis seruitute debita uti impedientem d. l. vii frui  
§. virum (3) contra quasi possidentem qui dolo desit possi-  
dere fundum seruientem, vel se liti obtulit. l. fin. ff. si ususfr  
p. l. Et deniq; contra quemcumq;, alium extraneum  
exercitum acquisitæ seruitutis turbantem, Text. in d.l. si quis  
diurno §. fin. & in l. vii frui §. virum ff. siseru. vind.

L. Negatoria de seruitutibus actio est, quâ dominus præ-  
dij à quo aduersarius sibi vel suo prædio seruitutum debe-  
ri contendit, negat ei assertam seruitutem competere, pe-  
titq; à iudice, vt id sua sententia ita declaret, & aduersarium,  
ne ab eo amplius inquietetur, ab asserto iure abstinere eo-  
que nomine cautionem præstare idq; quod sua interest sol-  
uere condemnet, l. 2. l. 4. §. 1. 3. & vlt. l. 12. & passim ff. de seruit.  
vind. Boce. Clas. 5. Disp. 28. vlt. th. 22. & 24. Eadem fere quæ  
de actione Confessoria dicta sunt in Negatoria quoq;, mo-  
re tamen contrariorum, locum habent, quod ad iura deci-  
marum, redituum &c. sic quoq; extendendum; vt utili ne-  
gatoria actione ab asserto huiusmodi iure aientem repelle-  
re possint. Illud hic inter cætera diuersum sufficere acto-  
ri si dicat prædium suum nequaquam aduersario, eiusque  
prædio seruire, qui nisi succumbere malit contrarium pro-  
bare tenetur: sibi videlicet assertam seruitutem compete-  
re: Nec enim qui negat probare cogatur: & præterea pro-  
libertate, tanquā nativa rei qualitate semper stat juris præ-  
sumptio, l. 18. C. de prob. l. 8. l. 10. C. de seuit. & aqua Heig. num. 20.

L.I. Succedunt nunc transtandæ Actiones præjudicia-  
les, quæ longè elegantiùs præjudicia dicuntur, cum non  
tractentur apud iudicem datum ex vi alicuius præscriptæ  
formulæ, quæ nihil olim aliud erant quam actiones sed a-  
pud magistratum, qui sibi ipsi de ea re de qua ipse est cognos-  
citurus formulam nullam præscribere solitus fuit, quanquā  
tamen intentio petentis formulam aliquam sapiat per quam  
expri-

bonis intercidit, ei opere mississu intervenienti

exprimatur. Idcirco Vlpianus *l.1. ff. de R. V.* admonet per vindicationem specialem non peti eas personas quæ iuris sunt nostri, sed petendos eos esse, aut præiudicijs, aut interdictis, aut cognitione præatoria. Actiones tamen hæc præiudicia dicuntur, vocabulo in lata & extenta significatione sumpto, in qua sub generali complexu petitiones quoq; continet.

LII. Præiudicia autem dicuntur à præiudicando. Etenim simul atq; præiudiciali cognitione magistratus declaratum est, hunc etiam meum seruum planum quoq; redditum est mihi competere facultatem eum seruum vindicandi simileq; iudicium de cæteris esto, hinc itaq; apparet, præiudicium nihil aliud esse, quam Ante iudicium, quo præparations imò fundamenta ad sequens iudicium, eo rectius determinandum reoq; præiudicandum, ad instar actionis ad exhibendum iaciuntur. Hisce conuenit Definitio præiudicij ab Hotomanno ad s. præiudiciales n.7. proposita quæ sequitur hæc VVesenb. ut sit cognitio ex cuius euentu altera quædam cognitio, quæ tantisper interea sustinenda est disceptari debet.

LIII. Interdum quoq; vox præiudicij sumitur pro probatōne. *l.4. ff. de pub. iud. aliquando pro exceptione, l.s. in fin. ff. de hered. per.* nonnunquam pro sententia Interlocutoria *Duar. l.2. diff. 2.* Sæpius verò pro cali præiudicio quod ex postfacto naturam præiudicij induit, non solum inter ipsos qui egerunt eo iudicio sed etiam inter alios, quo pacto omnia iudicia sententia iudicis finita, si nulla & non in minimis sit causæ diuersitas fieri possunt præiudicia, hinc tot præiudicia Cameræ & dicasteriorum prouincialium à Doctoribus obseruata & decantata, quorum vis vti Quintilian. *lib. 2. Iust. Orat. cap. 5.* loquitur vel in rebus itidem vel similibus, vel ad id de quo queritur pertinentibus versatur, iudicaturisq; adfert exemplū, quod sequantur huiusmodi præ-

D

iudi-

judicia Vulteus discepr. Scholast. vocat præiudicia Aboluta,  
illa verò de quibus agimus Relata.

LIV. Quare autem Actiones præiudiciales referamus ad  
Realium, non personalium classem, suadet nobis Impera-  
toris nostri authoritas qui s. præiudiciales Instit. de Act. has a-  
ctiones non in personam, sed rem dirigi diserte scribit. Et  
quamuis usurpet verbum *videri* quod captat Vulteius ut  
probet non esse in rem verè, quid tamen causæ esse poterat,  
ut diceret in rem esse videri, si verius tutius scribere poterat  
esse in personam: aut quid attinebat dicere in rem illas vi-  
deri nisi ad differentiam eorum earum, quæ in personam,  
eleganter Anton. Fab. l. 19. coniect. cap. vlt. Propterea autem  
Imperator vtitur vocabulo videri, ut indicet inter præiudi-  
cia & cæteras speciales vindicationes esse differentiam ali-  
qualem (siquidem vindicamus rem nostram à tertio posse-  
fore, idque iure dominij. Præiudicijs autem ius quod-  
dam in ea ipsa persona, contra quam agimus, quod nobis  
ratione potestatis quam in ea obtainemus competit, nobis/  
adiudicari,) verum non talem, quæ faciat, quo minus præ-  
iudiciales sint verè ac iurè reales.

LV. Quas tales esse insuper ex eo probamus, quod hisce  
actionibus recuperemus ius non quod nobis debetur, sed  
quod nostrum est, cuiusmodi ius in personis vel rebus ex-  
pendimus in illis competit nobis ratione potestatis in his  
ratione dominij. Petitur enim hisce, uti tradit V Vesenb.  
status quasi suus & aduersus quemcunq; ratione possesso-  
nis in contrarium usurpatæ intentantur seque actor Domi-  
num iuris quod asserit pronunciari petit. Etenim non sem-  
per agimus ad rei restitutionem; sed quandoq; etiam ad iu-  
ris quod habemus conseruationem, ut cum agimus actione  
Confessoria Negatoria, Interdicto retinendæ possessionis.

LVI. Exercentur quidem actiones hæ nostræ in perso-  
nis,

nis, de quorum statu agitur: sed non diriguntur in personā, diriguntur enim solum in statum ipsius personæ, seu potius in ius ipsum, quod ratione status ipsius personæ nobis competere, vel ipsi personæ non competere afferimus. Unde est quod si clausula hæc *Iure Romano Iure Quiritium* fuerit adiecta Vindicationes à Vlpiano votentur l.l. §. 2 ff. de R.V. Hinc formulæ illæ apud ICtos frequentes *Vindicare se in libertatem: Velsibi libertatem vindicari in seruitutem.* Prætoresque ita concipiebant in hisce cognitionibus sententiam, ut moris erat concipi in vindicationibus seruum libertum esse, filium: ingenium: l.circaff.de probation. l. 8. vers. patroni ff. de in Ius vocando. Neq; personales esse has actiones liquido ex eo apparet, quod ijs non agamus ad dandum vel faciendum quid, quod ijs non vtamur ad condemnationem aduersarij extorquendam, quod ex obligatione præcedente non orientur, neq; in personam ipsius aduersarij, vt potè dictum, dirigantur, quæ omnia personalibus actionibus propria conueniunt, Ant.Fab.lib. 19. coniect. cap. ult. Bocer. Disp. Class. 6. th. 41. Ant. Matth. in notis ad present. §. Doctoresq; communiter. Valeat itaq; Hermanni Vultei opinio, qui eas ab actionibus realibus distinctas personalibus actionibus miscrevoluit, §. præiud. n. 12. & sequent. Quem sequitur Forst. disp. 1. part. alter. tract. Inst. th 3. lib. 6.

L VII. Definiuntur autem Præiudicia quod sint actiones §. b.nost. l.37. ff. de O. & A. quibus de statu hominis quæritur. Ille autem pro diuersitate potestatis diuersimodè se habet. Consideratur enim hominis status ex potestate, quæ vel publica vel priuata, hinc alias publicus alias priuatus, publica potestas rursus vel est. Ecclesiastica vel politica, illius, ratione de statu Ecclesiasticarum personarum aliquis sit Episcopus, Canonicus, vicarius &c. huius vero de statu politicarum personarum: an quis sit Magistratus subditus,

**C**uiusvel peregrinus, Imperator, Elector Archidux, Dux,  
Comes, Baro, Nobilis vel plebeius quæritur: Huiusmodi  
status præiudicialem quæstionem mouere ferro tamen pri-  
us quam verbis primates Persarum Nouo Regi Smerdi, cui  
Mago Cabyles vtralq; aures præciderat Inst. l. i. Hist. Moschi  
suo Demetrio, qui se ex posteris Iohannis Basilidis, magni  
illius Tyranni, gloriebatur.

**L I I X.** Priuata potestas est domestica vel extranea,  
Domestica est quadruplex Dominica, Patronalis, Maritalis,  
& patria. Ex priori dependet eius status consideratio, quo  
alium dicimus esse seruum nostrum, alium liberum, de quo  
si ambigebatur, dubium tollebatur causa seu actione libe-  
rali, quæ duplex erat, aut enim è seruitute in libertatem aut  
libertate in seruitutem vindicabantur. Illam quiuis olim  
fauore libertatis instituere poterat, modò se assertorem &  
vindicem profiteretur (is autem propter ea erat necessarius  
quoniam inter dominum & seruum nullum iudicium con-  
sistebat) vtens hac formula. *Hunc ego hominem liberali causa  
manu assero. Mercede hæc actio eum fauorem*, vt secun-  
dum libertatem vendicem diecentur, hoc est, vt interea in  
possessione libertatis esset is, cuius de libertate, agebatur  
*i. 14. C. de liberali causa.* Hanc verò instituebant, illi quæ se do-  
minos seruorum allercabant, sub hac formula *hunc hominem  
ex iure Quiritium meum esse aio, eiusq; vindicas mihi dari vel ser-  
uari postulo, Sigenius c. 21. de Iudicij s. l. i. Neq; Domini tantu: sed*  
*& quiuis, pro suo in rem pb. studio, eum; quæ libertatem  
clusa autoritate eorū Romanorum mentiebatur, in serui-  
tutem vindicare poterant. Horom. ad §. b. nostrum n. 2:*

**L IX.** Huius actionis ètsi hodiè nullus usus esse videas  
tur, eo quod seruus uti desierimus, poterit tamen hodiè v-  
tiliter accommodari potentioribus, qui homiūibus propri-  
is, vel colonis ascriptitijs vtuntur; antiquam seruitutis ima-  
ginem

*Cui deo bonis interdicit, ei opere magistris intervenient.*



ginem referentibus, quod sit passim præsertim in superiori  
Germania; Domini itaq; contendere poterunt utili hac a-  
ctione homines proprios esse sibiq; propterea operas præ-  
stationes debeti, quo iudicio finito, si alibi degant homines  
proprij Domini magistratū interpellabunt, vt subditos sibi  
homines fugitiuos ad operas vel glebam reducere liceat. Vi  
ceversa quoq; utili hac actione in libertatem quasi procla-  
mabunt, quæ huiusmodi homines esse videntur ad præiudi-  
cium futuris operis & seruitijs faciendum, & vt sibi liceat  
ad iustar liberorum homitum à solo discedere, dignitatum  
capaces esse, matrimoniumq; vbi velint contrahere. *Geil. l.*  
*de pign. c. 4. num. 1. & seq. vult. b. §. n. 15. Heig. ibid. 7. Mys. ibid.*  
**LX.** Ratione patronalis potestatis alium patronum alium  
libertum dicimus, de quorum statu explorando prodita est  
actio ingenuitatis, quæ datur patrono afferenti aduersariū  
suum libertum esse, vel contra libertoneganti se esse liber-  
tum, *l. 4. 18. ff. de probat. l. 8. §. patronum ff. de in ius vocand. tit.*  
*ff. si ingenuus esse dicetur.* Præiudicatur hac actione operis  
obsequialibus patrono debitibus: poenæ temerariae vocatio-  
nis in iudicium & similibus *l. vlt. ff. d. 8.*

**LXI.** Utiles hodiè actio inter eos est, qui respectum  
patronorum & libertorum inter se obtinent, qui quasi ex  
seruitute hodiè in Germania frequentata vel prece vel pre-  
cio manumiserunt vel sunt manumissi. *Heig. Vult. Mys. hic.*  
Quod tamen ad Dominum Vasallum minimè est extendum:  
cum Vasallus certis tamen conditionibus Domino sit ob- *fm*  
strictus & quandoq; maiori præfulgeat dignitate, quam ip-  
se dominus: imò reciprocum in omnibus fidem à domino  
pari vice exspectet. *Schenck in cap. 1. §. si verò de milite vasallo*  
*quæ contumax. Formula citius quæ ad ingenuitatem proclama-*  
*bat hæc erat. Aio me ex iure Quiritum ingenuum esse nego, un-*  
*quam iustum seruitutem seruisse, patroni vero. Hinc ego homi-*

nem à me cum mihi iustum seruiturem seruiret manumissum meumq; libertum esse aio.

L X I. Ratione maritalis potestatis queritur, an quis sit Matitus vel vxor, cuius questionis expediendæ gratia conceditur marito actio præjudicialis in uxorem, quam ita in eius statum dirigit, ut vel pro uxore, quæ se uxorem dissimulat, vel pro alia extranea, quæ se uxorem simulabat ac mentebat, declaretur; vice versa datur pari ratione uxori contra maritum, vel se maritum dissimulantem, vel falso maritum mentientem. Qua obtenta actione sit præjudicium mutuae vitae consuetudini, in usu thori, mensæ, domicilijs, fortunarumq; spectatæ, tutelæ maritalis, omnisq; generis honestis officijs ab uxore viro præstandis. Genes. 3. v. 16. i. ad corinth. II. v. 3.

L X I I. Huiusmodi actionem Anno 1559. Bertranda Rolsia Artigalensis in Diacesi Regiensi apud prætorem Regensem mouit contra Arnoldum quendam Tillium, qui se Martinum Guerram maritum Rolsiæ dum per octennium verus Martinus militatum profectus domo aberat, non solum ipsi Rolsiæ, sed fratribus absentis, & tandem toti populo per totum triennium probarat liberosue duos ex uxore absentis suscepere, donec fraus, redeunte exacto octennio è militia vero Martino, fuerit, quamuis admodum difficilime, detecta. Stupendam hanc & prodigiosam historiam vide in Arresto Tolosano Iohannis Corasij item in libello singulari Michaelis Neandri, ubi incredibilem calliditatem memor iam & astutiam huius Pseudo martini, qua omnes mortales adeoq; ipsum Sysiphum superasse dicit, ultimumque ejus supplicium, refert.

L X I V. Quod ad patriam potestarem attinet, circa eam controvèrtitur an quis sit statu pater an filius legitimus? ad quam controvèrsiam introducendam inuenta est actio de liberis

liberis legitimis vel illegitimis Quæ mouetur vel inter parentes & liberos vel inter liberos & alios. Quæ mouetur inter illos vocatur actio propriæ de partu agnoscendo, quæ datur patri contra filium filium se esse negantem, vel filio contra parentem, qui se eum esse negat, *i. i. ff. de liber. agnosc.*: Hac actione præiudicatur Iuribus ex patria potestate manantibus, reurrentiæ, alimentorum, sententiæ, ratione temerariæ in ius vocationis ferendæ, iuri peculiorum, obsequijsq; parentibus præstandis, *iuxiat. i. ff. de obseq. parent.*

L. X V. Summum quod hac actione vertitur, est, ut mulieri prægnans ex marito declaretur, *l. i. §. vlt. & l. 3. §. 4. ff. de agnosc. & alend. Heig. hic n. 12.* eiusq; locus est, non modo si soluto: sed etiam si constante matrimonio partus editus fuerit, aut si marito mortuo mulier eum pariat, qui in aui potestatem est recessurus *Vlpian. in d. l. 9. §. 1. 4. 2.* Huiusmodi præiudicium si non iudicio certe tamen palam commentus est quidam qui se dicebat. Quinti Pertorij filium, quem tamen ut agnosceret uxor eius nulla vi compelli potuit.

L. X VI. Quæ actio inter alios mouetur simpliciter dicitur de filijs legitimis vel illegitimis, quæ datur illi, qui se filium alterius legítimum contendit contra eos, qui tales esse negant, vel hisce contra filium negantibus legítimum esse, *l. 3. §. fin. ff. de agnosc.* Eiusmodi præiudicia multoties frequentantur, præsertim ubi de opimis feudis & hereditatibus quæstio incidit. Eius exempla extant apud Valerium *M. l. 9. cap. 15. Trebellij, sc. Calcæ* qui falso professus se Clodij filium esse, eius bona occuparat tanta potulantia & temeritate, ut non dubitarit veros heredes in ius vocare. Item illius qui Cn. Asinij Dionis domum irasperat, eiusq; verum filium paternis penatibus expulcrat, vociferando non illum, sed se Dione esse procreatū, & aliorum Equitij Firmiani, Herophili &c.

67. Ex

LXVII. Ex I<sup>o</sup>torum interpretatione hæc actio utiliter ad illas species accommodari solet, quibus frater aduersus fratrem, agnatus vel cognatus aduersus agnatum vel cognatum de iure familiæ experiuntur. *Heig. ad S. b.n. 15.* Item an quis sit defunctus, qui se defunctum ementitur quod barbari ciudam capadociæ regnum affectantis & mulieris Mediolenensis Rubiam matronam, quæ infausto casu se concremancerat, se esse dicentis exemplo declarat *Valer. Max. d. c. 15.*

LXIX. Præjudiciali actione restè quoq; controueretur quæstio illa, an quis sit tutor vel curator nec ne, quo officio dutorum vel curatorum præjudicatur. Item an quis sit comes palatinus, Doctor Magister, Studiosus, miles, &c: Dicimus itaq; cum Vulteio & Hotomanno plures actiones esse præjudiciales, quam de quibus *hoc nostro S. Imp. agit;* cùm ea harum actionum sit natura, ut tot sint, quot modi sunt, quibus de statu vel conditione alicuius queri possit, quam etiam communem Interpretum opinionem esse dicit *Vulteius ad hunc S. n.*

19. Diff. Cuiat.

F I N I S.




**ULB Halle**  
005 888 999

3



VD17





### Farbkarte #13



DISPV TATIONUM I V S T I N I A N E A R V M  
Disputatio xix.

*De*  
**ACTIONIBVS  
REALIB VS.**

*Ad Tit. 6. lib. 4.*

*QVAM*

D. O. M. A.

Autoritate & permisso Amplissimi Iu-  
risconsultorum ordinis

In illustri acad. Iulia

S U B P R A E S I D I O

**HENNINGI Lüdefen I. V. C.**

*Ad disputandum proponit*

A VTOR FLVEVVERGIUS Hö-  
tenflebiò Saxo.

*Ad diem 22. Ianuar.*

HELM AESTAD I,  
Typis heredum Iacobi Lucij.

Anno clc 15 cXX.